



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominic XVIII. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

peccatis suis, quæ Christus remisit. III. *Conversio animæ* producit, & trahit post se sanitatem corporis, uti videre est in Paralytico qui nisi prius à peccatis, non fuisset à morbo abiolutus. *Durand. in Charactere. hęc.*

THESIS II. *Confide fili.* Matth. *Spes.*
9. v. 2. Spes nostra ponenda est I. In Patris pietate. II. In Filij Charitate. III. In Spiritus Sancti Liberalitate. *Vivien in Tertulliano, verbo Spes.*

THESIS III. *Confide.* Matth. 9. v. 2. Considerare debent peccatores in Auxilio Ecclesiæ Triumphantis, ubi habent I. *Mediatorem benignissimum Patrocinantem, nempe Christum.* II. *Matrem benignissimam Auxiliantem, nempe MARIAM.* III. *Cætum Fidelium Orantem, nempe Sanctos.* Id.

THESIS IV. *Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris.* Matth. 9. v. 4. I. Abominatio Domini cogitationes malæ. II. Quæ cogitatio mala, & quinam ea propter damnati? III. Quid in ijs agendum? *Engelgrave in hac Dom.*

THESIS V. *Dimittuntur tibi peccata*

r vero
am ven
est Legio
ex Del
olumu
& pri
eber esse
n vari
ex Del
ibus, &
bus, sed
post.
VII.
ST.
aralytic
h. 9
e mote
in hoc
bi cor
nima:
co, qui
liber
peti

catatua. Matth. 9. v. 5. Sic unum, quomodo omnia peccata sunt vitanda. Vide Paciuchelli in *Jonam lect.* 53. §. 9.

THESIS VI. *Confide.* Matth. 9. v. 2. I. Nolle Deum, & non nosse propriam suam Miseriam, ducit ad *Presumptionem.* II. Nolle suam Miseriam, & non nosse Deum, ducit ad *Desperationem.* III. Nolle abyssum Misericordiae suae, & abyssum Misericordiae Dei, excitat *Spem,* & *Gaudium* Sanctorum.

Fides.

THESIS VII. *Videns JESUS fidem* illorum. Matth. 9. v. 2. I. Fides multorum est tantum *Fides Animalis,* quia non nititur nisi testimonio sensuum. II. *Fides Humana,* quia tantum fundata in lumine Rationis. III. *Fides Mortua,* quia non animata Spiritu Charitatis. *Cadaver Fidei,* uti illam Chrysostomus appellat respectu Fidei primorum Christianorum. Gal. 5. v. 6. Nicol. de Dijon. Caput.

THESIS VIII. *Offerebant ei Paralyticum.* Matth. 9. v. 2. Vide superius Dom. 16. post Pent. Thes. 3. & 4.

THE

THESIS IX. *Paralyticum ja. Acedia.*
centem in lecto. Matth. 9. v. 2. Acedia Paralytis est animæ peccaminosæ.
I. Hæc paralytis originem trahit ab amore proprio abhorrente ab omni eo, quod difficile vel laboriosum accidit.
II. Peccator paralyticus est otiosus, qui curam & negotium Salutis suæ in alio reponit, non ipse tractat. *Diction. Apost.*

THESIS X. *Offerebant ei Paralyticum.* Matth. 9. v. 2. Acedia Paralytis animæ I. Reddit nobis difficile & arduum exercitium Virtutum.
II. Facit, ut consenescamus cum Virtutibus. III. Causa est, ut perdamus occasiones, quibus nostra Salus annexa est.

THESIS XI. *Remittuntur tibi peccata tua.* Matth. 9. v. 2. I. Debemus Timere de peccatis, quæ nos non commisimus, ne scilicet, ut homines sicut alij, ea committamus. II. Debemus Timere de peccatis, quæ nobis remissa sunt, ne ea reperamus, exinde graviora. III. Debemus Timere de peccatis, quibus nos occasionem præbuiamus, ne nobis imputentur. *Diction. Apost.*

Q THE-

Gratia.

THESIS XII. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Matth. 9. v. 14
 I. Timeas pro *Accepta Gratia*. II. Amplius pro *Amiffa*. III. Longe plus pro *Gratia Recuperata*. S. Bern.



DOMINICA XIX.

post PENTECOST.

*Inferni
pœna.*

THESIS I. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Matth. 22. v. 13.
 I. Inferni pœnæ *Ponderantur*: ex Inferni profunditate, gehennæ incomprehensibilitate, suppliciorum intolerabilitate II. *Numerantur*: ex parte Dei vindicantis, hominis peccantis, ignis cruciantis. III. *Mensurantur*: utpote commensuratae Divinae Majestati, peccatoris qualitati, criminis gravitati. Vivien in Tertull. Prædic.

*Inferni
pœna.*

THESIS II. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Matth. 22. v. 13. Inferni pœnæ in acerbitate superant I. Omnia, quæ passi sunt Mortales supplicia, superant enim dolores, quos iustinerunt
 hoc